Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8209
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et erudito in tu cogitacoibus timor dni odit
malu arrogantia superbia et via prava et
os biliguos detestabor. mea est gilia et sapia
mea prudencia mea est fortitudo per me reges
regnant et legum conditores iusta decernunt per me
principes imperant et potentes decernunt iustia
ego diligentes me diligo et qui mane vigilant
ad me inuenient me. mecum sunt diuicie et
gloria opes superbe et iustitia melius est fructus
meus auro et lapide pretioso et germina mea
electo. in viis iustitie ambulo in medio semi-
tarum iudicii ut ditem diligentes me et thesauros
eorum replem. Dominus possedit
me in initio viarum suarum antequam quicquam faceret a
principio ab eterno ordinata sum et ex antiquis
antequam terra fieret nondum erant abissi et ego iam con-
cepta eram. nondum fontes aquarum eruperant
nondum montes gravi mole constituti sunt ante
colles ego parturiebar adhuc terram non fecerat
et flumina et cardines orbis terrarum. cum prepararet ce-
lum aderam cum certa lege et gyro vallabat
abissos cum eterna firmabat sursum et librabat
fontes aquarum cum circumdabat mari terminum suum
et legem ponebat aquis ne transirent fines suos
cum appendebat fundamenta terrarum cum eo eram cuncta
componens et delectabar per singulos dies ludens
coram eo omni tempore ludens in orbe terrarum et deli-
tie meee sunt esse cum filiis hominum. Nunc ergo filii

180